



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Gregorius XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

ANNO
1587.

GREGORIUS DECIMUS QUARTUS.

169

ANNO
1591.

rint participes, conferri. De Ecclesiis verò ac Monasteriis, aliisque Beneficiis Ecclesiasticis, ad charissimi in Christo Filii nostri Henrici III. Francorum Regis Christianissimi nominationem spectantibus, novam ipsius Regis nominationem, juxta concordata, seu Indulta à Sede Apostolica ei concessa, volumus expectari. Fructus verò ex Ecclesiis, Monasteriis, & aliis Beneficiis prædictis male & indebet perceptos, ad reparationem Ecclesiistarum, Monasteriorum, & Beneficiariorum prædictorum, super quibus Confidentia hujusmodi contracta & commissa fuerit, per Archiepiscopos, Episcopos, seu Officiales, aliosque predictos converti & applicari posse volumus, ac decernimus; Magnopere hortantes, & enixè in Domino requirenes eundem Regem Christianissimum, ut omne studium, operam, & auctoritatem ad prædicta peragenda & exequenda præstare & impetrari velit. Absolutionem autem à Censuris & penis, ac irregularitatibus, propter crimen Confidentiae hujusmodi quomodolibet incurvis, pro tempore existentibus nostro, & Sedis Apostolicae apud Regem prædictum Nuntio, & quad Provincias sub legatione Avenionensi comprehensas, eidem Avenionensi Legato, cum facultate etiam alios subdelegandi, de quorum pietate & prudentia magis confidant, per præfentes committimus & demandamus. Non obstantibus Pii Quarti & Pii Quinti Prædecessorum prædictorum litteris, quas, quoad dictum Regnum, in superiori expressis duximus relaxandas, & moderandas, illis nihilominus, quo ad alia regna & loca, in suo robore duraturis, aliquis Apostolicis constitutionibus, privilegiis quoque & indulxis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expresa, aut in notum non inserta, præsentium effectus, & executo impediti valeat quomodolibet, vel differri. Et de quibus eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris Litteris mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium exempla etiam impressa edantur, eaque Notarii publici manu, & cuiuscumque Curiae Ecclesiasticae, ejusve Praefati Sigillo obligata, eamdem illam profrus fidem in judicio, & extra ubique Locorum faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibite vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostrorum mandati, injunctionis, decretorum, hortationis, requisitionis, commissionis, demandationis & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contrarie.

Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1587. Id. Augusti. Pontificatus nostri, anno tertio.

GREGORIUS XIV.

PONTIFEX CCXXXIII.

ANNO DOMINI MDXC.

Gregorius ex Familia Sfondrata anno 1590. coronatus fuit Pontifex. Purpureos pileos Cardinalibus Ordinum Regularem, qui nigris antehac utebantur, concessit. Anathematizavit sponsiones quascunque de Pontificis morte, aut Electione; Obiit mense decimo Pontificatus sui. (Ma-

gni Bullarii Romani hujus Edit. Luxemb. 1727. Tom. II. fol. 756. App.)

I.
Ex Op.
Dipl. Mi-
rai Tom.
II. p. 1107.

Declarat cassata esse, & annullata privilegia exemptionis Cathedralis Ecclesiæ Antverpiensis, quatenus militant adversus Jurisdictionem Ordinarii: an. 1591.

GREGORIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memo-
riam.

Intra cætera quæ internis exoptamus affectibus, id unum est, ut inter Praelatos, eorumque subditos charitatem concordia nutriat, & pacem charitatis firmet amoenitas. Alias siquidem, cum Dilecti Filii Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Antverpiensis ratione quorundam privilegiorum in eorum favorem à felicis recordationis Alexandro Sexto, Leone Decimo, Adriano etiam Sexto, Prædecessoribus nostris, antequam dicta Ecclesia, quæ tunc Collegiata, & Dieccesis Cameracensis erat, in Cathedralem erecta exitisset, emanatorum, seu approbatorum, ampliatorum, & innovatorum, non solum exemptionem à Jurisdictione, visitatione, correctione, & omnimoda superioritate moderni, & pro tempore existentis Episcopi Antverpiensis, seque, immediate Sedi Apostolicae subditos, verum etiam jurisdictionem in universum Clerum Antverpiensem, tam in Civilibus, Matrimonialibus, & Criminalibus Causis, quam in facultate à casibus Episcopo reservatis absolvendi, ac concedendi Litteras dimissorias, nec non forsan pluribus aliis; & modernus Episcopus hujusmodi privilegia, si qua ipsi Decanus, & Capitulum haberent, ut præfetur, per erectionem dictæ Ecclesiæ in Cathedralem postmodum à pia memoriae Paulo PP. Quarto, etiam Prædecessore nostro factam, de medio sublata & abrogata fuisse prætenderet, causaque, seu prætensionis, & controversiae hujusmodi de communis Partium consensu Venerabili Fratri nostro Episcopo Cajacensi, nostro, & dictæ Sedis in illis partibus Nuntio, componenda commissæ fuissent, & ipse Episcopus Nuntius juribus ambarum Partium hujusmodi per eum diligenter vissis, acta desuper emanata, & gesta ad recolendæ memoria Sixtum PP. Quintum similiter Prædecessorem nostrum, & Sedem præfacam transmitti, & perferti curaslet, idemque Sextus Prædecessor negotium hujusmodi Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ super Interpretatione Concilii Tridentini deputatis Cardinalibus audiendis cognoscendum, & fine debito terminandum commississet; prædicti Cardinales vissis diligenter juribus prædictis, nec non Advocatis & Procuratoribus partium hinc inde sufficenter auditis, causâque maturè, & prout decebat, diligenter, accurateque disculsa, & in utramque partem examinata, censuerant pristina quondam Collegiata Ecclesiæ, quæ postea, ut præfetur, in Cathedralem Antverpiensem erecta est, privilegia Capitulo antedicto contra Episcopi Antverpiensis jurisdictionem non amplius suffragari in iis, quæ concernunt jurisdictionem ipsius Episcopi, & præfertim in Casibus, in quibus jurisdictione ipsi Episcopo à Concilio Tridentino tributa est.

Et nihilominus prædicti Decanus, & Capitulum, præmissis non contenti, ad eundem Sextum Prædecessorem, & Sedem prædictam de novo recursum habentes, prædictum negotium de novo ipsiis Cardinalibus audiendum, & examinandum committi obtinuerunt, Cardinalesque prædicti in

decisis remanentes, secundò pro Episcopi Antverpiensis jurisdictione, ita ut præfertur, censuerunt. Ac tandem ne aliqua Decano, & Capitulo antedictis ulterius litigandi remaneret occasio, iudicem Cardinales tertio negotium prædictum reallumen- tes, unanimi consensu, in eandem, ut præfertur, devenerunt Sententiam.

Cum autem Nos æquitate pensata jure duca- mus providendum, ut quæ ipsi Cardinales magna cum maturitate, & studio tribus distinctis vicibus desuper censuerunt, debitæ exequitioni demandentur, totius litis, ac differentiarum, & prætensionum hujusmodi Statum, nec non Cau- sae, & Causarum merita, ac moderni Episcopi, & Decani, & Capituli prædictorum privilegiorum eisdem Decano, Capitulo, & Ecclesiæ quomodo- libet per prædictos Romanos Pontifices Prædeces- sores nostros concessorum veriores etiam totos tenores præsentibus pro plenè & sufficienter ex- pressis habentes, ac Causam, & Causas, seu dif- ferentias, & prætensiones prædictas universas, su- per præmissis latius deducetas, tam coram Episcopo Cajacensi, & Cardinalibus prædictis, quam alii quibuscumque Judicibus Ordinariis, & Delegatis in Romana Curia, & extra eam etiam ubilibet pendentis, in quibuscumque, & statu & ter- minis reperiantur, harum serie ad Nos avocantes, litemque, & lites hujusmodi penitus extingue- ntes, perpetuumque super his Decano, Capitulo, & illius singularibus personis, & Canonici, & aliis colligitantibus prædictis silentium imponen- tes, ac eis super prædictis os claudentes, de con- filio eorumdem Cardinalium, quibus & Nos hu- jusmodi negotium videndum, & Nobis referendū commisimus, tenore præsentium dicimus, & declaramus, præfina quondam Collegiate Ecclesiæ, quæ postea, ut præfertur, in Cathedram Antverpiensem erēta est, privilegia, Capitulo ante- dicto contra Episcopi Antverpiensis jurisdictionem non amplius suffragari in iis, quæ concernunt ju- risdictionem ipsius Episcopi, & præsertim in casib; in quibus Jurisdictione ipsi Episcopo à Con- cilio Tridentino tributa est, illaque revocata, ca- fata, irrita, & annullata decernimus.

Mandantes eidem Decano, & Capitulo, quatenus dicto Episcopo, tamquam Patri & Pastori animarum fuarum humiliter intendentes, ac exhibentes sibi obedientiam, ac reverentiam debitas, ejus salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere current: Alioquin Sententiam, quam idem Episcopus rite tulerit in con- tumaces, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam in vi- vibilitate observari, sicut in præmissis, & supradictis omnibus, & singulis ab omnibus conferi, ac ita, & non aliter per prædictos, & quoque alios Judices, etiam Causarum Palati Apostolici, & Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuiuslibet alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irri- tum quoque, & inane, si fecis super his à quo- quam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Nostris Archiepiscopo Mechlinensi, & Buscoducensi, & Gandavensi Episcopis per præsentes præcipimus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes Litteras, & in eis contenta hujusmodi, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni, ac pro tempore existentis Episcopi Antverpiensis præfati fuerint re- quisiti, solemniter publicantes, eidem efficacis de- fensionis præsidio affientes, faciant auctoritate nostra à Decano, & Capitulo prædicto, & omni- bus aliis, quos eadem Litteræ, & in eis conten- ta ipsa quomodolibet concernente, & concernente in futurum, inviolabilitate perpetua firmiter obser- vari, non permittentes modernum, & pro tempore

existenter Antverpiensem Episcopum desuper per Decanum, & Capitulum prædictos, seu aliquem ex illis quomodolibet indebita molestari, contra- dictores quoslibet, & rebelles per sententias, cen- suras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, nec non, legitimis super his haben- di servatis processibus, Sententias, Censuras, & Penas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio bra- chii secularis.

Non obstantibus Litis pendentiis, & Alexandri Adriani, Leonis Prædecessorum nostrorum privi- legiis desuper emanatis, quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spe- cifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem impor- tantes, mentio, seu quevis alia expressio ha- benda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser- vanda foret, tenores hujusmodi, si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, præ- sentibus pro sufficienter expressis habentes, auctoritate, & tenore prædictis specialiter & expresse derogamus contrariis quibuscumque.

Aut si Decano, Capitulo, & alijs personis Eccle- siæ hujusmodi, vel quibusvis alijs communiter vel divisi ab eadem sit Sede indultum, quid interdi, suspendi, & excommunicari non possint, per Litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulso hu- jusmodi mentionem.

Volumus autem, quid præsentium transumptis, etiam impressis, & manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibetur, que præsentibus adhibe- tur, si forent exhibita vel ostensæ.

Datum Romæ, in Monte Quirinali, sub annu- lo Piscatoris, die 20. Julii 1591. Pontificatus no- stri, anno primo.

CLEMENS OCTAVUS.

PONTIFEX CCXXXV.

ANNO DOMINI MDXCII.

Clemens Florentinus, Hippolytus Aldo- brandinus anteā dictus. Hyacinthum Poionum, & Raymundum de Pennafort ex ordine Dominicanorum Sanctorum Albo inseruit. Vetus, ne in Ecclesiis vel sup- plicationibus aliae cantentur Litanie, quam omnium Sanctorum, & B. Virginis Lauretana. Obiit anno 1605. Sedit decimocto- rio (*Magni Bullarii Romani hujus Edit. Luxemb. 1727. Tom. III. fol. I. App-*)

Breve ad Philippum II Hispaniæ Regem, quo con- firmat Breve Gregorii XIII. pro creandis novis Equitibus Ordinis Aurei Velleris extra comitia; an. 1596.

CLEMENS PAPA VIII.

Carissime in Christo Fili nostro, Salutem, & Apo- stolicam benedictionem.

Cum alias vacantibus pluribus Locis, & Offi- ciis Ordinis, sive Societatis Auri Velleris del Toson, vulgo nuncupati, de quibus Tu forsitan dubitabas, an extra Capitulum dicti Ordinis pro- videre posses, felicis recordationis Gregorius XIII.

Præde-

II.
Ex Op.
Diplom.
Mirz,
Tom. I.
pag. 240.

Prædecessor noster, supplicationibus tuis inclinatus, Tibi, si extra Capitulum generale ejusdem Ordinis de illis aliter disponere non posles, de iis extra illud liberè, & licite providendi licentiam, & facultatem concescerit, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris, in forma Brevis, decimo quinto Octobris, anni millesimi quingentesimi septuagesimi secundi, Pontificatus suu anno sexto, expeditis Litteris pleniùs continebat, quarum vigore, sicut nobis exponi fecisti, Tu de pluribus ejusdem Ordinis Locis, & Officiis tune vacantibus disposuisti, sive providisti.

Cumque nunc de aliis etiam, quæ postea vacantur, similiter providere cupias, eamque ob rem ejusdem Gregorii Prædecessoris Licentiam, ac facultatem usque ad numerum Locorum dicti Ordinis nunc vacantium completum, per Nos extendi, & ampliari, sive illa Tibi de novo concedi, per dilectum Filium Nobilem Virum Antonium de Cardona Sueffæ Ducem, Tuum apud Nos Oratorem, à Nobis postulaveris.

Nos supplicationibus tuis hujusmodi inclinati, Litterarum prædicti Prædecessoris tenorem pro expresso habentes, Tibi de omnibus Locis, atque Officiis dicti Ordinis nunc vacantibus, quatenus extra dictum Capitulum de illis aliter disponere, aut provide nequeas, ad tuum benefacitum, usque ad numerum Locorum dicti Ordinis completum, extra idem Capitulum generale disponendi, & liberè, ac licite providendi licentiam, & facultatem, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Non obstantibus dicti Ordinis, ut supra.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 15. Januarii 1596. Pontificatus nostri anno quarto.

II.
Ex Actes,
Titres &c.,
du Clerge
de France,
Tom. 2.
pag. 205.

Executio Decreti Concilii Tridentini contra Regulares exemptos, qui extra Claustra cum scandalo vivunt, & punitio Superiorum eorumdem, qui eos corrigerem negligunt: an. 1596.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriā.

SUScepti munera ratio postulat, ut ea, quæ in Sacro Tridentino Concilio provide constituta sunt, ab iis ad quos spectat, inviolatè observari curamus.

§. 1. Maturo sanè Consilio ipsius Concilii decreto provisum est, ut quicumque Regularis non subditus Episcopo, intra claustra degens, extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè puniatur, & Superior de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus ipse à suo item Superiori Officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

§. 2. Verum quia experientia competitum est, interdum in hujusmodi decrēti executione nimis remissè procedi, cū enim Episcopus infat, aliquem Regularē, eo, quo supradictum est, modo delinquentem, à suo Superiore puniri, saepe fit, ut Superior Regularē delinquentem ad alia suorum Ordinari Loco, extra Episcopi diœcēsim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias Provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de ejus punitione Episcopum certiore reddat. Unde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cū extra ipsius Diœcēsim exīfat, nec Superior, qui delinquentem corrigerem neglīgit, officio privatur.

§. 3. Nos pro pastorali nostra sollicitudine, præfati decrēti executioni, quantum cum Domino possumus favere, & præmissis malis, ut par est,

opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinalium prædicti Concilii interpretum sententia, Motu proprio & ex certa scientia, nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus & singulis cuiuscumque Ordinis & instituti Regularium, etiam Mendicantium Superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac privationis Dignitatum, & Officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis penis, præcipimus, & mandamus, ut juxta prædictum decretum, quilibet ipsorum Regularium non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè puniat, ac de punitione Episcopum certiore faciat, & alias decretum ipsum, in omnibus, & per omnia exequatur. Ceterum si Superior in Regularem delinquentem non animadverterit, quinimum si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Diœcēsim, ut præferratur, transmisserit, volumus, & simili motu atque auctoritate decernimus, ut Superior, instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac privationis Dignitatum, & Officiorum obtentorum, nec non & sub inabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ac ulterius privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas à nomine præterquam à Nobis & à Romano Pontifice pro tempore existente restituī possit, ipso facto similiter incurrendis penis, ipsum Regulari delinquentem à Loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deligit constitutere, seu sistere tenetur. Quod si hoc etiam facere prætermisserit, per præsentes similiter statuimus, ut Ordinarius Loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario Loci in quo deliquit, similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolice delegatus, prædictum Concilii decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem severè animadvertere possit, & debeat.

§. 4. Decernentes sic, & non aliter, per quoscumque Judices & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam eidem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, quicquid fecis super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignorantiter, contigit attentari.

§. 5. Non obstantibus quibusvis eorumdem Ordinum vel Institutorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque indulxit, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo libet concessis, confirmatis & approbatis, ceterisque contrariais quibusunque.

§. 6. Ut autem præsentes litteræ omnibus supradictis innotescant, mandamus, illas ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Flora affigi, & publicari, volumusque, post quindecim dies, eos qui in Urbe sunt, qui vero extra eam, & citra montes, intra quatuor, qui demum ultra montes erunt, intra octo Menses, à die publicationis hujusmodi computandos, perinde afficer & arctare, ac si eorum unicuique personaliter intimatae fuissent.

§. 7. Ac earumdem præsentium litterarum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitute obsignatis, eandem fidem in jude-